



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118790**

§. 144. Hæc controversia per Parmæ Ducem composita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](#)

viter apud Pontificem, ejusque Nepo- Sæc. XVII.  
tem Aldobrandinum Cardinalem que- A. C. 1605.  
rebatur, debitæ etiam venerationis le-  
ges transgressus.

### §. CXLIV.

#### *Hæc controversia per Parmæ Ducem composita.*

**H**æc dum Romæ gerebantur, eo per- *Memoir.*  
venit Parmæ Dux, cui viginti no- *secret. a*  
vem Cardinales ac plusquam trecenti *l'an 1605.*  
Nobiles Romani unacum Oratore Hi-  
spano obviam processere. Hic ad Pon-  
tificis alloquium admissus nullo ferme  
negotio Clementem Papam ad veniam  
reis indulgendam induxit: Attamen  
eius Nepotem suæ authoritatis magis  
tenacem experiebatur; hic enim se ab  
Hispaniæ Oratore indigne habitum que-  
stus eundem pro delicti ratione castigari  
petuit: Loquentem interpellabat Vil-  
lena Orator Hispanus afferens, quod  
nonnisi ad inhibendam seditionem ad  
Farnesii Palatiū accurrisset: de ce-  
tero autem omnem reconciliationis  
viam respueret, donec ea, quæ adver-  
sus ipsum ad Hispaniæ Regem scripta  
fuissent, revocarentur, ac re plenius  
inspecta, quod culpa vacaret, nuntia-  
retur: Bethunius vero Franciæ Regis  
Orator Hispanum debitis pœnis coer-  
ceri,

Sæc. XVII. ceri, importunius a Papa postulabat  
A.C. 1605. nihilominus Parmæ Dux inter hos  
complices & Aldobrandinum Cardinalem totum hoc dissidium tanta dexte-  
tate ac prudentia componebat, ut pri-  
primis Arthuro Anglo & Nautæ, po-  
modum ceteris quoque omnibus de-  
lieti venia concederetur: Re igitur feliciter composita Parmæ Dux ad Capitulum progrediens populo Romano pro tam propensa voluntate erga Fan-  
nesianam Domum gratias rependit, dum vero Sanctitatis suæ pedes religioso osculo veneratus, ad Ducatum suum reversus est.

## §. CXLV.

*Clementis VIII. propositum de ob-  
nienda Gratiae controversia.*

*Abregé de l'hist. Eccles.* **H**ac molestia defunctus Pontifex  
*tom. 10.* controversiam solido septennio dis-  
scussam adhuc ante mortem suam,  
quam morbo indies ingraevacente, fa-  
vicinam præsenserat: Sedis Apostolica  
judicio dirimere anhellabat: urgebat  
quoque illius definitionem Philippus III.  
Hispaniæ Rex: suadebant insuper hanc  
decisionem tot consultationes de utrius-  
que partis sententia habite, tot Car-  
dinalium, Episcoporum ac Theologo-  
rum judicia, tot examina ac Congre-  
gationes